Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

II. De filiis ejus Imperatoribus. Adhuc prooemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Adhuc Procemium.

CUmq; eum qui paulò ante in mortali corpore cernebatur, & nobiſcum unà verſabatur, admirabili quadam ratione etiam poſt obitum, quo tempore natura quidquid ſuperfluum eſt, tanquam alienum refutat, iiſdem regiis ædibus & honoribus ac laudationibus frui video, incredibili admiratione percellor. Jam verò cùm ad ipſos uſque cæli fornices mentis meæ aciem extendi, atque illic beatiſſimam ejus animam cum ipſo Deo verſari cogito; B terreſtri quidem ac mortali integumento liberatam, circumdatam verò ſplendidiſſimæ lucis ſtola: eámque non jam brevi temporis curriculo in his caducis ſedibus volutari, ſed corona perpetuò virente, & immortali vita ac beato ævo donatam eſſe intelligo: mutus hæreo, & linguæ rationiſque uſu penitus deſtitutus. Ac vocem quidem proferre nullam poſſum: ſed meam ipſe tenuitatem ultrò condemnans, mihique ipſe ſilentium indicens, cedo potiori has partes, ut pro meritis congruas laudes expromat: illi ſcilicet qui cùm immortalis Deus ſit ac Dei ſermo, ſo- C lus ſua ipſius dicta firmare & rata facere poteſt.

Ἔτι προοίμιον.

ΚΑὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῷ μικρῷ πρόσθεν ὁρώμενον, αὐτοῖς δ' ἡμῖν συνόντα, παραδοξότατα καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, ὅτε ἡ φύσις ὡς ἀλλότριον τὸ περιττὸν ἐλέγχει, τῶν αὐτῶν βασιλικῶν οἴκων τε καὶ τιμῶν ἐπαίνων ἠξιωμένον θεώμενος ὁ λόγος, ὑπερεκπλήττεται· ἤδη δὲ καὶ πρὸς αὐταῖς οὐρανίαις ἁψῖσιν ἑαυτὸν ἐκτείνας, κἀνταῦθα τὴν τρισμακαρίαν ψυχὴν αὐτῷ Θεῷ συνοῦσαν φαντάζεται. θνητοῦ μὲν καὶ γεώδους παντὸς ἀφειμένην περιβλήματος. φωτὸς δ' ἐξαστράπτοντος στολῇ καταλαμπομένην· εἶτ' οὐκέτι μὲν μακρῶν χρόνων περιόδοις ἐν θνητῶν διατριβαῖς εἰλουμένην αὐτήν. αἰωνοθαλεῖ δὲ διαδήματι ζωῆς τε ἀτελευτήτου καὶ μακαρίου αἰῶνος ἀθανασίᾳ τετιμημένην ἐννοῶν, ἀχανὴς ἕστηκεν οἷα καὶ ἄλογος. μὴ δὲ μίαν μὲν ἀφιεὶς φωνὴν, τὸ δ' αὐτὸς αὐτοῦ κατεγνωκὼς ἀσθενείας, καὶ σιωπὴν καθ' ἑαυτοῦ ψηφισάμενος, τῷ κρείττονι παραχωρεῖ τυγχάνειν τῆς τῶν ἐφαμίλλων ἐπαίνων ἀξίας. ᾧ δὴ καὶ μόνῳ δυνατὸν ἀθανάτῳ Θεῷ ὄντι λόγῳ τὰς οἰκείας πιστώσασθαι φωνάς.

Caput III.

De Deo pios Principes honorante & tyrannos puniente.

CUm enim prædixerit, eos à quibus cultus & honoratus fuiſſet, maximis præmiis à ſe viciſſim remunerandos eſſe; illos verò qui ſe hoſtes atque inimicos ipſius profeſſi eſſent, ſibimetipſis perniciem creaturos, promiſſo- D rum ac verborum ſuorum veritatem jam inde ab hac vita comprobavit. Quippe impiorum quidem Deique adverſariorum tyrannorum abominandos exitus nobis ob oculos propoſuit: famulo autem ſuo non vitam ſolùm, verumetiam mortem feliciſſimam & maximis laudibus dignam præſtitit: adeò ut hæc etiam omnium poſterorum ſermonibus celebrari, nec tantum caducis, ſed etiam immortalibus honoribus affici meruerit. Mortalium quidem genus ſolatio aliquo letiferi interitus excogitato, conſecratis imaginibus, tanquam immortalibus honorib9 ſuperiorum hominum memorias colere ſolitum eſt. Et alii quidem adumbratis en-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ Θεοῦ τιμῶντος βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ ἀπολλύντος τυράννους.

ΔΙ' ὧν τοὺς μὲν αὐτὸν δοξάζοντας καὶ τιμῶντας ἀμοιβαίοις ἀμείβεσθαι χαρίσμασι. τοὺς δ' ἐχθροὺς καὶ πολεμίους σφᾶς αὐτοὺς αὐτῷ καταστήσαντας, τὸν ψυχῶν ὄλεθρον ἑαυτοῖς περιποιήσειν θεσπίσας, ἐντεῦθεν ἤδη τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἀψευδεῖς παρεστήσατο. ἀθέων μὲν καὶ θεομάχων τυράννων ἄπευκτα δείξας τοῦ βίου τὰ τέλη. τοῦ δ' αὐτοῦ θεράποντος ζηλωτὸν καὶ πολυύμνητον πρὸς τῇ ζωῇ καὶ τὸν θάνατον ἀποφήνας. ὡς ἀξιομνημόνευτον καὶ τοῦτόν τε στηλῶν οὐ θνητῶν, ἀλλ' ἀθανάτων ἐπάξιον γενέσθαι. θνητῶν μὲν φύσις θνητοῦ καὶ ἐπικήρου τέλους παραμύθιον εὑραμένη, εἰκόνων ἀναθήμασι τὰς τῶν προτέρων μνήμας, ἀθανάτοις ἔδοξε γεραίρειν τιμαῖς. καὶ οἱ μὲν σκιαγραφίαις κηροχύτοις

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN